



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri  
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè  
factorum pertinentes, breuiter tractantur

**Azor, Juan**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

8. In quibus beneficijs possint pensiones constitui.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14007**

fiat, & beneficium obtineat, eo ipso esse illi concessum, ut sit quoque pensionis capax. Et Giga ipsa questione predicta ad finem, ait: Quando taliter dispensatus consecutus fuisset beneficium simplex, sive curatum, & illud cunctis reseruata sibi annua pensione super fructibus illius, eam poterit retinere, quia idem iuris est de parte, quod de toto cap. *Maioribus de proben.* q. l. Qua de toto, ff. *derei vendica.* Ergo si spurius potest beneficium habere, poterit quoque pensionem sibi in eo beneficio dimisso referuare. Et questione decimana, ad finem: *Pramissis, inquit, omnibus non obstantibus, si esset index, indicarem semper illegitimum dispensatum quoad ordines, & ad beneficia, esse capacem Ecclesiastica pensionis.*

Nono queritur, An Titius consensu Pontificis transferens pensionem ad Caium, cum primum Clericali charactere fuerit insignitus, ac non aliter, eam exigere & recipere queat, antequam Caius sit Clericus eff. etus: hoc est. An possit exigere toto eo tempore conditionis in futurum pendentes? Nam ex una parte videtur eam capere & percipere non posse, quoniam penso per translationem extinguitur, & noua altera constituitur; ergo Titius a die, quo in translationem consenserit, pensionem extinxit. Ex parte altera, cum penso sit sub conditione in futurum pendente translati, non videtur Titius suo se iure abdicante ante conditionem implacem. Respondeo, posse Titium ante conditionis eventum pensionem exigere, quia quandocumque consensus est conditionalis, ante conditionem expletam, perinde est ac si datus non esset. *Baldus in l. Siquidem. C. de Exception.* Ergo penso non est extincta. Quemadmodum eum quis suum beneficium dimittit alterius gratia, & non aliter, non se abdicat beneficio quod depositum, nisi alteri conferatur. Sic Flaminius de resignation. *beneficiorum, quæst. 4. num. 5. & seqq.* vbi nominas etiam alias auctores pro eadem sententia. Quid dicendum vero, si ille absque legitima facultate primam Clericorum tonsuram ab aliis non Episcopo accepit? statimne ve eam accepit, pensionem per Titium ad ipsum translatam acquirit? Minime, quia primam tonsuram ab Episcopo non suo sine sui Episcopi licentia accipiens, est ipso iure suspensus: ita ut ad ultiores ordines promoueri non possit sine legitima superioris auctoritate: ac proinde ne quippe capere pensionem.

Decimo queritur, De Tito, qui vicinus morti, habensque potestatem transferendi pensionem ad Caium nepotem suum, si cum obierit, atatem legitimam, & primam tonsuram, vel minores Ordines ipse Caius habuerit: si minus, eam transferat ad Seium alterum nepotem: valebit nec heu modi translatio, ad Seium facta, si prius facta est ad Caium, si legitimam atatem & minores ordines aut primam tonsuram habuerit: cum Titius decesserit? Valebit sane: quia licet quando Titius obierit, Caius, nec atatem legitimam habebat, nec erat Clericus: Titius tamen non simpliciter ad eum pensionem transfluerat: nam si ita transflueret, nullius momenti translatio fuisset: sed quia sub conditione transfluit, ideo sub conditione consensum praestit: ac proinde ius, quod in pensione habebat, non amisit: atque idcirco pensionarius poruit ad Seium nepotem alterum pensionem transmittere, cum conditio in Caium suum effectum non fuerit fortitudo.

Vndeclimo queritur, An religiosus idoneus sit ad pensionem consequendam? Respondeo, religiosum, qui solemnni voto est paupertatem professus, nihil proprium habere posse. cap. *Cum non dicatur.* 12. q. 1. & cap. *Cum ad Monasterium, de statu Monach.* ex quo sit, ut pensionem habere nequeat religiosus, cum penso sit ius quoddam certam pensionem ex fructibus beneficii exigendi & percipiendi. Ergo, quemadmodum religiosus viuunt fructum in re aliqua habere non potest, ita nec in beneficio pensionem. At Romani Pontificis auctoritate conceditur aliquando religioso, vel in monasterio, vel extra illud viventi penso, qua honeste & commode sustentetur. Quærat aliquis,

An Abbatis superioris concessu possit Monachus, vel religiosus certam aliquam pensionem habere ex Monasterii bonis, vnde sibi de viatu vel vestitu propiciari? Iure communis & antiquo potest: ita tamen ut superior eam ad nutum suum possit auferre & reuocare. *Panormitanus in cap. Nisi essent de proben.* Nam ut seruus expello, vel tacito domini permisso, potest peculium possidere, licet proprium quid habere nequeat. *Quam Tabernonis ff. de peculio.* Sic religiosus potest iure communis antiquo ante Concilium Tridentinum peculium aliquod habere, sed Abbatis nutu reuocabile, tunc enim proprium non habet.

Quare Monacho concedi potest, ut habeat aliquid ad vitæ usus necessarium, ut docuit Calderinus *consil. 2. iurib. de regularibus.* & Innocentius *cap. Insinuant:* Ne Clerici vel Monachi, Bartolus *in auth. ingredi.* C. de sacrauentis Ecclesiis, quos memorat Giga de pension. q. 15. Moverit quoque Ioannes Andreas *in cap. Non est obligatorium, de reguli iuris in 6. statutum valere editum in Cenobio,* ut quicquid habeat decem aureos in singulos annos ad vestitum ibi parandum. Sed, An pensionem Abbatis nutu Monacho datam, & postea auctoritate Papæ confirmatam possit Monachus in iusto Abbatem retinete, dubium est. *Art. Panormitanus loco proxime dicto posse,* quia inferior non potest auferre priuilegium, superioris auctoritate concessum: quod quidem locum habet, cum Papa sciens & prudens talis pensionem confirmauerit: alioquin minime, *teſte Gigante loco citato. num. 3.* Ex his haberi iudicium potest eius questionis, An religiosus certam aliquam religionem professus, cum ad Episcopatum promotus est, quem deinde Romani Pontificis auctoritate depositum, licet sibi ex eo annuum reseruat pensionem ducentorum auctoritatem numerorum Papæ consensu: hoc enim possit, inde colligitur, quia licet non sit voto paupertatis absolutus, eam tam pensionem Pontificia auctoritate possidet, qua commode sustentetur.

Duodecimo queritur, An fœminæ possit assignari penso? Negat Gambarus *lib. 6. de offic.* & potestate legati, num. 281, posse eam assignari, præterquam Abbatissam, ac Prioriss Monasteriorum, vel Ecclesiæ suarum praefectas, in quibus certa quædam beneficia habent, ut *Dilectæ de maior. & obedient.* His coi fœminis auctoritate Papæ potest penso conferri, in fructibus, sive bonis suarum Ecclesiæ, vel beneficiorum constituta.

#### C A P. VIII.

*In quibus beneficiorum possint pensiones constitui.*

Primo queritur, An in beneficio iure patronatus affecto, possit inscio patrono penso constitui? Hanc questionem tractat Giga de pension. quest. 24. & Gambarus libro paulo ante nominato, num. 94. Ex quo cum sententia respondere, posse, quia penso in huiusmodi beneficio imposita, nihil derogat iuri patroni: beneficium quidem sine eius consensu non confertur: sed postquam nutu eius est collatum alicui, penso absque eius consensu alteri referatur: Ut si legatus Romani Pontificis habens facultatem conferendi beneficia, & imponendi pensiones, Tito Clerico a Patrone nominato, conferat beneficium, & postea pensionem Seio reseruatum in eo constituat. Sed Patrone, inquires, alimenta debentur. cap. *Pia mensis.* & cap. *Filiae.* 16. quest. 7. ergo Patrone nocet penso in beneficio constituta. Respondeo: Si reuera continget, ut patronus alimentis indigeret & virtute videlicet ipsi & pensionario satisficeri ex fructibus beneficii nequiter, potior est Patroni causa, quam pensionarii. Et enim beneficium obligatum Patrono. Is autem, qui in re aliqua anteriorum habet hypothecam, iure prefertur. l. *Potior, &c. Qui balneum ff. Qui potiores in pignore habentur.*

Secundo queritur, An si penso in dicto beneficio sit immo-

immodica constituta, ita ut noceat Ecclesie, possit Patronus excipere, & petere ut extingatur, vel ad debitam quantitatem redigatur? Potest, ait Gigas, & vere, quæst. 24. num. 12. quemadmodum etiam potestid petere, si omnia bona Ecclesie sine causa, aut plura, quam par est, alienentur.

Tertio queritur, An cum à Romano Pontifice penso imperatur in eo beneficio constituta, iuris, quod in illo Patronus habet, si mentio facienda? Distinguit Gigas eodem in loco, quem & sequor: si Patronus est Clericus, non est necesse mentitionem facere. Idem est dicendum de Patrono laico, sed ius patronatus habente ex prescriptione, vel consuetudine, vel priuilegio acquisitum: his enim in tribus causis potest, & solet Papa beneficia conferre Patroni iure neglecto, vel expresse abrogato. Quando vero laicus est patronus ex fundatione, vel a dificatione, vel dotatione Ecclesie, necessario fieri mentio debet; quia aliter si fiat, literæ Pontificie quibus pensio reseruatur, subreptitio censetur, quia celatur aliquid, quod si pataret, difficilem redderet impetrationem pensionis: quia non solet Pontifex laici patroni facile iuri derogare. Barden ratio est, quando sunt duo Patroni, Laicus & Clericus, tunc enim tale ius patronatus perinde se habet, ac si esset simpliciter laicorum.

Quarto queritur, An pensio reseruari queat, cum beneficium confertur, An vero possit imponi, poli quam sit collatum? Respondeo, id sibi reseruari, ut pensio vitroque modo imponatur: primo tamen modo, frequentius. Cum autem ea imponitur secundo modo, id non sit sine eius consensu, in quem est beneficium collatum, quia ius habet eius beneficio: Ergo ut ex parte fructus eius minuatur, opus est eius consensu, eo quod initio integros acciperit fructus beneficii.

Quinto queritur, An in beneficio parochiali penso possit iure constitui? Respondeo, Concilium Tridentinum fess. 24. cap. 13. de reformat. veriusse, ne in parochiali beneficio penso imponatur, nisi 100. ducatorum quantitatem excedat, quod & ipse vñs obseruat, ne parochialis Ecclesie Rector plus quam & quum est, oneretur: debet enim ex eius redditibus honeste sustentari, iuta Episcopalia soluere, hospitalitatis officium exercere. cap. Vacante, c. Cum causam, & cap. de Monachis, de prabend. Si vero 100. ducatorum summam excedat, pensio solet imponi pro quantitate que superat. Olim imponebatur usque ad tertiam partem fructuum in omnibus beneficiis: & iusta pensio censebatur, quandocunque tertiam partem non excedebat.

Sexto queritur, An requiratur consensus Rectoris beneficii, cum assignetur aliqui penso in eo beneficio? De hac quæstiōne Gigas de pensionibus, quæst. 10. vbi ait: Si loquamur de Episcopo, in casibus in quibus potest pensionem assignare, ut diximus cap. 6. quæst. 1. nequid imponeat circa consensum Rectoris beneficii. *secundum Cœcilius de pension. quæst. 5.* imo si vacaret beneficium, in cuius fructibus constitutur pensio, esset, inquit, dandus legitimus defensor ad consentendum in pensione: quod probat Gigas auctoritate Innocentii, Romani, Oldradi, & Ancharae. Idem dicendum est delegato Pontificio in cassibus, in quibus potest assignare pensionem. Si vero loquamur de Romano Penitice, potest quidem ille pensionem imponere absque consensu Rectoris beneficii, sed id facere non solet. Est regula Cancellaria, quæ in regulis Adriani est 41. in regulis autem Leonis X. est 43. in qua aperte dicitur, etiam motu proprio literas reservationis annua pensionis super alieuius beneficii fructibus expediti non posse, nisi ex consensu illius, qui pensionem soluere debet: qui si presentes in curia sit, personaliter, aliqui per procuratorem suum ad hoc specialiter constitutum cum solito iuramento etiam pensionem praestet: alias litteræ nullatenus expediantur. Vnde Gigas recte inferit, reservationem pensionis etiam motu proprio factam, non valere sine consensu Rectoris beneficii pensione grauari,

nisi in tali reservatione Papa deroget predicta regulæ Cancellariae, alioqui enim creditur eam regulam velle seruare.

Si quereras, An Rector beneficii in curia praesens possit consentire in pensione assignata per procuratorem ad hoc specialiter constitutum? Glosator in regula 44. Cancellaria in regula Innocentii VIII. dicit post p. oba ex regula iuriis in sexto. *Qui per alium.* Eius sententiam merito confutat Gigas g. 11. nam in regula dicitur, [si praesens sit in curia, personaliter consentiat, & iure.] Item quum lex alieuius presentiam postular, tunc actus per procuratorem expediri non potest Abbas in cap. cum parati. de appellat. ait, quidam in statuto requiritur presentia propinquorum, non sufficit, si per procuratorem adiungit, nec sufficit ratificatio. Item quando lex vel statutum requirit proprium iusitandum, non satis est procuratoris iuramentum, etiam si fuerit ad id specialiter constitutus.

Septimo queritur, An in Episcopatu possit pensio constitui? Responsum Paulus Romanus de pensionibus cap. 1. num. 1. in t. causa, & Gigas de pensionibus. q. 7. in principio: non nisi magna ex cœla Episcopatus pensionibus oneari solitos. quare in Concilio Lateranensi sub Leone X. statutum est, ne mensis Episcopibus pensiones implicantur: nisi ex causa resignationis, vel etiam alia, quia in Consistorio secreto licita, honesta, & probabilis videatur. Hinc ille mos manauit, quo Romanus Pontifex, cum in Episcopatibus Antistitum obitu vacantibus pensiones imponit. Concilio Lateranensi speciali iure derogat adiecta clausula, [Non obstantibus constitutionibus eiusdem Concilii generalis:] nec enim, ut quidam argunt, sufficeret ea clausula generalis: *Non obstantibus constitutionibus quibuscumque*, nam per eam clausulam non efficit Constitutioni Concilii derogatum: cum ex clausula generalis solum possit comprehendere Constitutiones Pontificias. *Archidiaconus* cap. 1. de Constitutione in sexto. Decies cap. 1. in prima lectura. num. 2. de iudicio. Ioan. Selva de beneficiis par. 3. quæst. 11. num. 31. In Concilio vero Trid. fess. 24. cap. 13. de reformat. decretum est, ne Ecclesia Cathedrales, quorum redditus annui summam mille ducatorum non superant, vñs pensionibus graventur: quod etiam vñs obseruat: Nec Concilio derogatur, nisi eius speciali facta mentione. Hispaniam Rex, in Episcopatibus, in quibus omnibus ius habeat patronatus, soleat auctoritate Romani Pontificis expendas pensiones reseruare usque ad tertiam partem. Vnde in schedulis Consistorialibus, Cardinalis, qui Ecclesiam Cathedralem vacantem denuntiat, & à Papa petet, ut nominatum, presentatum, & oblatum a Rege, Episcopum insituar, dicit in hunc modum: *Supplatur pro expeditione pensionis annua in favorem personæ, N. vel nominis, & e qua via cum pensionibus tertiam partem fructuum non excedit.* In beneficiis simplicibus solet pensio constitui, quia non superet dimidiam fructuum partem. Quod si beneficii redditus annus 24. ducatos non excedit, nulla solet imponi pensio, ait Mandolius in tract. de Signatura gratia & iustitia, tit. pensiones. Item, si beneficium quod resignatur, est Canonicatus, aut dignitas, non solet onerari pensio, nisi redditus eius 100. ducatorum quantitatem excedat: & tunc pro quantitate, que superat, pensio solet imponi.

Octavo queritur, An in beneficio commendato possit pensio constitui? In his beneficiis, quæ nostra aitate de more commendantur, imponi potest: nam illa idem iuriis habent, quod beneficia collata. *Prepositus* in cap. 2. num. 4. & 5. quæst. 3. *Anania*, in cap. Non satis, de Simonia. *Gambier*, de officiis, legat lib. 6. num. 154.

Nono queritur, An cum Titius resignando suum beneficium dimittit, quod cōfertur Caio, non solum pensio reseruari queat ipsi Titio in eo beneficio dimisso & collato Caio, sed etiam in eo beneficio, quod Caius iam ante obtinebat? Respondeo, vñi esse receptum, ut Clerico suum beneficium dimitti, reserueretur pensio constituta in alio beneficio, quod resignatus habebat:

videlicet

videlicet, quando beneficium dimissum nequit pensio-  
nis onus sustinere, ob tenues eius beneficii redditus: im-  
ponitur enim tunc pensio, vel simpliciter in aliis resigna-  
tioni beneficii, vel simul in beneficio per resignationem  
dimisso, & in alio, quod resignarius ante possidebat.

Decimo queritur, An Titio suum beneficium depo-  
nenti in gratiam Caii, possit ei pensio referuati in bene-  
ficio Sempronii constituta? Est id quoque in morem induc-  
tum, ut resignanti beneficium pensio referuerit, im-  
posita non quidem in beneficio resignato, nec in alio quo  
resignatarii, sed in cuiusdam alterius beneficio. Huius  
rei iudiciam exemplum. Resignat Titius suum benefi-  
cium, quod confertur in Caium; & cum tale beneficium  
tenue sit, nec Caius vnum aliud habet, reteratur Titio  
resignanti pensio, in beneficio, quod Seius habet, imposi-  
ta: ea tamen minime imponitur Caio dissentiente. At  
qui circa Simoniae labem, dicit aliquis, nequit id fieri vi-  
lo modo: si enim videtur vendi Caio beneficium pen-  
sione loco pretii accepta, quam Seius pro Caio se solutum  
promittit. Cum item confertur beneficium, idcirco  
in eo pensio constituitur libera omni simoniae virtu, quia  
beneficium alicui dare reseruata pensio, nihil aliud vi-  
detur esse, nisi illius beneficii fructus ex parte minuere. V-  
tar exemplo: beneficium, quod in Caium confertur, annui  
redditus sunt 200. nummi aurei, reseruatur in illo pensio.  
Titio 50. aureorum, ac proinde Caio non datur integrum  
beneficium, sed diminutum, quia conceditur ei ius perci-  
piendi solum 150. aureos: at vero cum Caio datur bene-  
ficium dimissum à Titio, & reseruatur pensio ipsi Titio in  
beneficio Seii constituta, videtur esse facta venditio vel  
permutatio beneficiorum cum pensione: quod etiam est ab-  
surdum. Negamus (respondendo obiectio) vnum hic  
simoniae crimen contineri, vt nec in exemplo superioris  
quaestio: potest enim Papa pensiones imponere non  
solum in beneficiis quae confert, sed & in beneficiis iam  
ante collatis. Nec impedit, quod beneficium ante acce-  
ptum, beneficiarius tanquam suum possidat: quoniam  
beneficiorum, cum sint bona Ecclesiarum, semper Ro-  
manus Pontifex plenissimam habet administrationem: &  
ideo non solum ea quae conferunt beneficia, sed etiam ante  
collata, potest pensionibus onerare. Quis enim negare  
audeat, quin iustis de causis, ob communem scilicet Ec-  
clesiarum bonis nouos census imponere, & antiquos au-  
gere, & amplificare?

Vnde decimo queritur, Quid dicendum, si Titius, qui  
duo beneficia dimittit Caii gratia & fauore, reseruata ubi  
pensione 100. aureorum in vitroque, ac deinde Caius resi-  
gnatus vnum alterum illorum dimittit Sempronii cau-  
sa: Caius ne, An Sempronius Titio debeat pensio-  
nem impositam? Gambarus *precitato libro*, num. 667, respon-  
det distinguendo: aut illa duo beneficia pares redditus  
suerunt, aut impares. Si pares, onus pensionis aequum in Ca-  
ium & Sempronium diuiditur, ut *confiat ex l. Renu. §. Cum  
in talibus ff. de dubibus reis.* Si vero impares, onus diuiditur  
pro rata portione fructuum, ut *ex cap. Constitutus, de reli-  
gios. domibus, manifestum est.*

Duodecimo queritur, Valeat ne pensio reseruata extra  
consensu eius, qui regressum, ingressum, vel accessum  
habet ad beneficium, in quo est constituta? exemplum sit,  
vt declare: Seius regressum habet ad beneficium Ti-  
tii, & Titius Seio in se beneficium dimittit Caii gratia,  
& fauore, reseruata sibi in eo certa pensione: Queritur,  
An haec penso subsistat absq; consensu Sei? De hac qua-  
stione Gigas *de pensioni*, quest. 79. vbi affirmit pensionem  
valere, sed sine vlo ipsius Seii detimento: ac ita esse in  
Rota iudicatum. Ita etiam Puteus *decis. 79. lib. 2. Flaminius  
de resignatio. beneficio*, lib. 6. quest. 2. num. 86. Nam tiam in  
simili causa, si feudatarius filios non habens, feodium det  
in dotem filiis suis, concessio valet, dum pater vivit, non  
postea, cum successor noccere non possit. *cap. Nuper, de do-  
nationibus inter virum & vxorem:* sic quoque valebit ea

pensio reseruata, citia vnum tamen detrimentum eius,  
qui habet regressum ad beneficium: Ira v: si is ad benefi-  
cium aliquando reverteratur, illud pensione liberum recu-  
perer, perinde ac si nulla esset in eo pensio constituta. Et  
idem iuris est, etiam si Motu proprio Romani Pontificis  
sit ea pensio assignata: nam vt ait *Gigas. citata. num. 3.*  
*Cardinalis, Imola, Deciique fccutus sententiam;* Motus  
proprios Romani Pontificis nihil tribuit cum detrimento  
iuris alicui acquisiti. Nam Papa non vult priuilegium  
vel ius alicui concedere, no secundum iuri alterius.

Decimo tertio queritur, An qui succedit in beneficio  
onerato pensione, eam solvere debeat? Communis est  
omnium sententia, solvere debere: *vt docet Gigas. quest. 43.*  
Ratio est, quia pensio est onus reale impositum in fructu-  
bus beneficii, & beneficium ad beneficiarium successo-  
rem, cum suo onere transit. Deinde hoc ipso quodis qui  
succedit, consensum prestat, recipiens beneficium one-  
ratum pensione, videtur quasi contrahere & se pensione  
obligare: Vnde contra cum actio personalis ori-  
tur, ac surgit ex quasi contractu. pensiones enim in bene-  
ficio impositae, sunt quasi onera in rebus constituta, quae  
sunt decimæ, census, collectæ, & similia. Et ideo in li-  
teris Pontificis, vbi pensio reseruatur alicui, solet clausula  
apponi, hæc videlicet: *pensionem annuam per Titium Ec-  
clesie illius modernum Rearem, & eius in praefata Ecclesia suc-  
cessorem persolvendam*, vtr sit Parvus *confi. 82. num. 2. vol. 4.*  
quare successor, literæ Pontificis, quibus pensio reseruatur,  
denuntiantur.

Decimoquarto queritur, An qui succedit in beneficio  
pensione onerato, solvere pensiones debere, quas benefi-  
ciarius demortuus præteritus annis non soluerat: an potius  
hæres beneficiarii? De hac quaest. Gigas *de pensioni-  
bus* quest. 39. deque ea re, ait se Venetus laetus interrogatu-  
tum fuille, & Gambarus lib. 6. *superiori memorato*, num. 428.  
vbi dicit Auditores in Rota hanc quaestio nem in foliata  
reliquis: & Cagliadorus *decis. 4. in Rubrica de locato*, ait,  
rem hanc esse dubiam, & inter predictos Auditores sape  
agitatum, definitam tamen nunquam. Duplex est auto-  
rum opinio: Vna affirmant, hæredem debere eas pen-  
siones solvere, si demortuus beneficiarius male eas con-  
sumperit, aut in suis vlos priuatos impenderit. Ita Cac-  
cialupus *de pensionibus* quest. 11. Gambarus lib. 6. quest. 11.  
num. 441. Ratio corum est, quia is, qui succedit in bene-  
ficio, nihil percepit ex fructibus præteritis, cum illos reti-  
nuerit sibi, atque consumperit beneficiarius prior. Altera  
est opinio affirmantium, cum qui succedit, solvere eas  
pensiones debere. Ita Francus *in cap. vols. ad finem de offi-  
din.* cui videtur magis accedere Gigas *questione citata. nu-  
mer. 9. & 10. Nauarrus* *somo 1. confi. de probab. confi. 4. l. n. 3.*  
& seqq.

In hac quaestione conueniunt omnes auctores, si pen-  
siones extent apud alterum, nempe hæredem, aut po-  
steriorum beneficiarium, cum illas pensiones solvere de-  
bere: & de hoc minime dubitatur. Consentientem, si  
prior beneficiarius pensiones in utilitatem & commo-  
dum Ecclesie convertit, esse soluendas ab eo qui in Eccle-  
sia succedit; quod si insumpserit eas in utilitatem hæredis,  
ab eo solvi debere. Vis ergo quaestio in eo confitit.  
An cum prior beneficiarius eas vel male consumpsit, vel  
in suis vlos priuatos impenderit, debeat solvereis, qui in  
hæreditate, an qui in beneficio succedit? Ac probabi-  
lior me ego quidem arbitror secundam sententiam, nam  
pensio est onus in beneficio impositum: quemadmo-  
dum census, decima, vel collecta. Sed bonorum hæc o-  
nera in se habentium postscilicet creditorum obligatur. *cap. Si  
quis laicus. 6. quest. 1. & l. Imperator. ff. de publicanis.* Onus  
enim, & seruitus in rebus imposita, cum rebus ipsi trans-  
feruntur. *cap. Ex literis, de pignoribus, & cap. Eun. §. de do-  
nationi.* Neque obstar argumentum prioris sententie.  
Nam licet ad eum, qui in beneficio succedit, superioris  
temporis pensiones non peruererint, peruerit tamen  
ipsum beneficium pensionario cum onere & seruitute ob-  
ligatum.

ligatum. Quamvis etiam fructus ex beneficio nouum possit percepit, citramen perceptum ipsum beneficium. Ut propter ea pensionarius convenire queat nouum beneficium possit, & ab eo transacti temporis sibi debitas pensiones exigere.

Decimoquinto queritur, An qui in beneficio succedit, pensiones debet soluere, a priori beneficiario, qui beneficium dimisit, & superest est, minime solutis, aut quia noluit ille, aut quia non potuit? Responder Gigas, cuius ergo responsum probò, quest. 43. eas soluere beneficiari debere, ad quem fructus beneficii, cum adhuc vivat, annis superioribus pertinerent; nam fructus beneficii singulis annis tacite sunt hypothecae subiecti pro pensione soluenda, sit Romanus consil. 388. ita ut cum eo, qui fructus perceperit, hypothecaria actione litigare possimus, ut dicam inferius. Teste etiam Dominico in cap. vlt. §. Porro, de officio ordinari in 6. collectam singulis annis beneficium impositam is debet soluere, ad quem illius anni fructus deuenientur, quamvis collecta nondum soluta beneficium dimiserit. Gigas tamen teste annotauit, pensionarium posse contra alterutrum agere in iudicio: potest enim vel nouum beneficium possit, conuenire, vel antiquum, cauius tamen facit, si nouum possit, conuenire.

Decimosexto queritur, An cum pensio imponitur in fructibus certi beneficii, prædicti, vel possessiones habentis, que quotannis duplices fructus fuerunt, bis ad annum solui debet? Minime, quia pensio non debetur ex hiis, vel illius prædicti fructibus, sed generatim ex omnibus beneficii redditibus.

Decimo septimo queritur, An in distributionibus quotidiani pensio imponatur? Communis omnium sententia negat imponi ob eam causam, quod pensio ex beneficii fructibus debetur; quotidiana vero distributiones nequam in fructibus, beneficii numerantur. Oldradus consil. 117. Ioan. Andreas in rubrica de concess. preben. Rota decif. 134. in nos. Et 766. in antiquis. Felineus cap. Ad aures, de re script. Quoniam distributiones sunt laboris stipendium, & opera, & ministerii merces, cap. primo, de Clericis non res. in sexto. Sed dubitabilis aliquis, An quando præter distributiones quotidiana sunt quoque redditus communes, quidque sunt in eos, qui certis anni temporibus interfunt officiis diuinis, liceat in illis pensio imponatur? Refert Gambarus de officio, Et postea legatis lib. 6. num. 24. in Rota iudicatum, constituti non posse, quia licet communales sunt tales beneficii redditus, fructus tamen illius non cessent, quoniam, ut laboris merces & stipendum opera debentur. Attamen, Mandoſio testa libr. de Signatu. grata. Et iustitia. tit. pensiones, aliquando pensio in quotidiani distributionibus imponitur, & runc ea soler clausula apponi: [Etiam in solis distributionibus, & non nisi, prædictis, & diuinis officiis intercessibus dari, & per eos latrati consuetis, &c.] qua clausula apposita debetur pensio, etiam exillis distributionibus, quæ dari solent iis, qui diuina officia statim horis frequentant. Quotiescumque vero pensio simpliciter in beneficio constituitur, censetur in fructibus tantum, distributionibus exceptis imponi. Quid si beneficium nullos redditus, præter distributiones habeat? Tunc pensio in distributionibus ipsis imposta censetur; quod ni esset, concessio pensionis vana, & inutilis redderetur.

Decimo octavo queritur, An pensiones transactis annis non solute pensionario demortuo, debeantur hæredi ipsius? Agit de hac questione Gigas de pensionibus, quest. 52. Et nos supra cap. 3. huius libri, quest. 3. Et q. 16.

## C A P. IX.

Quomodo pensio in beneficio imponi posset,  
ac soleat.

Primo queritur, An sit iuti consentanea ea clausula, quæ soler in constituendis pensionibus apponi: ut sci-

lent pensio soluatur, habita, vel non habita beneficij possessione? Mandoſio de Signatu. grata. Et iustitia. tit. Pensiones, arbitratur, pensiones, quæ in beneficij ultra montes in Hispania consistentibus conceduntur, quam dixi clausulam continere: propter ea quod difficile probari posset, si necne possit beneficij apprehensa, & quis verus possessor, quis intrusus debet diadicari. Quocirca licet beneficiarius possessionem noctis non fuerit, pensionem debet, alioqui numquam, aut raro solueretur, cum pensionarius certior fieri nequeat, ceperit beneficiarius possessionem. Pensiones vero, inquit Mandoſio, quæ in beneficis Italici imponuntur, hanc clausulam non continent, quia facile pensionarius scire potest, possidat necne beneficium is, qui debet soluere pensionem. Attamen in his quoque pensionibus eadem clausula solet apponi, sed de eius æquitate quidam dubitatunt. Primum, quia ex l. Si debitor ff. de contrah. emptione, qui emis decem mensuras olei ex certo prædio prouentuti, non debet eas soluere nisi oleum proueniat, Et l. Cum certus ff. de tritico, vino, olio; si legentur decem amphoræ vini ex certo fundo colligendi, non debentur plures quam colligantur: sed penitus ex beneficii fructibus soluenda est, ergo non debetur ante perceptionem fructuum. Deinde, res promissa vel legata, si pereat sine culpa debitoris, iure ab eo non exigitur. Inter stipulantes. §. sacram. ff. de verbo, oblig. sed fructus beneficii, cuius Clericus possessionem adipiscinò potuit, videntur periisse sine culpa ipsius. Adhac, impedimentum eueniens iustam excusationem affert homini, non faciendi id, quod alioqui facere debebat. cap. communiter, distinc. 3. Et cap. Queradimodum, de iure iurorum. Cur ergo beneficiarius pensionem soluere debet, cum beneficii possessionem nequeat apprehendere? Videtur etiam clausula illa speciem simoniae continere: nam si pensio non habita possessione beneficii soluenda est, sequitur, ut ex ipso beneficii titulo debatur, & beneficiarius pensionem soluere ex suo patrimonio cogatur; & proinde videtur esse quedam beneficii nundinatio. Demum, sequeretur inde, ut beneficiarius tamen nunquam beneficium possideret, tamen singulis quibusque annis soluere pensionem deberet, quod dormitum profecto videtur esse, ne dicam intolerabile. Quapropter teste Flaminio Parizo de resignatio. beneficio lib. 6. quest. 2. num. 147. in Rota auditorio temper ea clausula tauris & benignis est accepta: scilicet, ne ultra duos vel tres annos protendatur: hoc est, ut beneficiarius ad duos, vel ad tres annos non amplius pensionem soluat, possessionem beneficii minime adeptus. Quid si sit de Auditorio in Rota sententia; Navarrus tom. I. consiliorum. de preben. consil. 50. num. 4. censer, istiusmodi clausulam, multam habere æquitatem. Nam difficultas rem promissam præstandi, promittentem non excusat. l. Continuus. §. Cum ita ff. de verb. obligat. Deinde petriculum & dannum, quod quis sua sponte incurrit & sustinet, ipsi imputatur. cap. Damnum, de regul. iuris in sexto. sed qui beneficium tali pensione oneratum sponte suscipit, id oneris sibi imponit. Præterea, quia censetur quem potuit, ac debuit prævidere, non excusat. l. Si putator, ff. ad Ad legem Aquilam: sed quisque prævidere potest, possit ne beneficii, quod accipit, possessionem nancisci: Postremo licet potest beneficium, cuius redditus annui, sunt 300. aurei, tibi concedi, ea lege, ut quotannis Ticio 100. reddas: etiam prius quam eius possessionem consequaris, quoniam eti si nondum fructibus beneficii potiatis, ius tamen eos exigiendi habes, & spem iis potiundi.

Neque vero magnum & difficile est aduersatorum argumenta diluere. Primum enim soluendo, dicimus debitorum illum non debere eas soluere mensuras, quas promisit tantum se solutum ex fructibus certi prædicti vel fundi: at vero pensionarius generatim promittit se ex fructibus beneficii pensionem soluturum: atque illi sat is est si ius & spem habeat eos percipiendi suo tempore. & hinc etiam facilis aperitur via ad solutionem aliorum argumen-

torum: